

Pius II. an Gf. Johann II. von Görz. Er unterrichtet ihn von den gegen Hz. Sigismund und seine Anhänger verhängten Kirchenstrafen und fordert deren Beachtung und Publikation ein. Insbesondere solle der Graf seinen Dienstmann Balthasar von Welsberg, der NvK abgesagt habe und nun exkommuniziert sei, aus seinem Dienst entlassen und aus dem Land weisen. Darüber hinaus fordert der Papst umfassende Unterstützung für seinen Kommissar, der die Verwaltung des Bistums Brixen übernehmen solle, sowie Publikation der Bannbriefe gegen Balthasar von Welsberg durch den Klerus.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StA*, Cod. Cus. 221 p. 138f. *Über dem Text:* Comiti Goricie in forma brevis missa per capellandum suum d. Leonardum.

Emn.: Jäger, Streit II 101; Baum, NvK und die Grafen von Görz 71, 82.

Dilecte fili etc. Optime novit nobilitas tua horrendum facinus superioribus mensibus perpetratum per Sigismundum tunc Austrie ducem et satellites ac complices suos in personam et ecclesiam ac bona dilecti filii nostri N. cardinalis sancti Petri ad vincula, episcopi Brixinensis, de quo nos, ut debuimus, incredibiliter perturbati iuxta iuris scripti formam procedentes per legitimum nostrum processum ipsum Sigismundum ceterosque omnes, qui cardinalem diffidarunt, solemniter declaravimus penas criminis lese 5 maiestatis, excommunicationis, anathematis, perpetue infamie, perdicionis feudorum, confiscacionis bonorum, interdicti in suis omnibus dominiis et locis, ad que accesserint, cum aliis multis iuris penis incidisse¹⁾; quod quidem dilectus filius Leonardus, capellanus tuus, presencium lator, qui is omnibus interfuit, ad te rediens plenius explicabit.

Quoniam vero in eorum numero, qui prefatum cardinalem diffidarunt, est Balthasar de Welsperg²⁾, 10 tunc miles, qui tuus assertitur subditus, servitor et vasallus, affectuose cupimus atque ita requirimus tuam nobilitatem, ut eum pro tali habeas, qualis ipse esse prelibata nostra sententia declaratur, neque paciaris eum ulli officio preesse, cum omni dignitate et legitimis actibus ac fama sit privatus, eum utpote excommunicatum et anathematizatum vites et vitari facias neque ad aliquem tibi subditum locum sinas accedere. Nam eo ipso locus ille necessario ecclesiastico subiaceret interdicto. Et ita te cum illo habeas ob dei et 15 apostolice sedis reverenciam, ut a nobis merito laudem et favorem merearis.

Cum autem clare perspiciamus cardinalem ipsum et episcopum Brixinensem propter manifestam hostilem persecucionem spiritualia et temporalia ecclesie sue administrare non posse, ipsa omnia ad nos advocavimus³⁾, intendentes ecclesiam Brixinensem per nostros commissarios nostro nomine administrari, de antiqua tamen consuetudine nichil innovando. Ad quod, quia tua quoque nobilitas ob nonnulla 20 feuda, que ab ecclesia Brixinensi habes⁴⁾, obligatur eidem ecclesie fideliter assistere contra eos, qui violenciam ei inferrent, in hoc precipue te rogantes in domino stricte requirimus, quatenus cum tuis castellanis⁵⁾ disponas, qui sunt in valle Pustrissa, ut ipsis nostris commissariis in omnibus per nos commissis exequendis assistant et, ubicumque opus fuerit, favorabiliter eos associant et conducant, ac si quis eis ausu temerario violenciam moliretur inferre, ad illam propulsandam viriliter et fideliter consurgant 25 resistant. Id enim tibi cedit in honorem, nam id ipsum ages, quod nobilem virum decet pro sua fidelitate et debito facere, et nobis accedet in singularissimam complacenciam, gracia huius nostre sedis et larga dignam compensacione.

Ceterum desideramus, ut sacerdotes diocesis Brixinensis in tuo dominio commorantes absque renitencia apostolicas litteras contra predictum Balthasarem et reliquos publicent et denuncient⁶⁾, tuam requiren- 30 tes nobilitatem, ut hec et omnia, que circa hunc et ecclesia bona rebellium disponemus, non solum exequi sinas, sed tibi quoque placere ostendas, in quo nobis preter debitum iusticie ita exigentis grate complacerebis atque uberem apostolice sedis gratiam et commendacionem promereberis. Datum Senis die ix augusti anno 2^o etc.

1) S.o. Nr. 6281f.

2) Balthasar von Welsberg, Görzer Hauptmann zu St. Michelsberg. S.o. Nr. 6160 seine Absage an NvK. Er wird in der Liste der Exkommunizierten aufgeführt; s.o. Nr. 6282 Z. 39.

3) Zu diesem Plan s. bereits oben Nr. 6271, 6275.

4) Zu den Hochstiftsleben, die der Gf. von Görz vom Brixner Hochstift hielt, s.o. Nr. 4784.

5) Neben Balthasar von Welsberg, Pfleger zu St. Michelsburg, waren das vor allem Jörg Königl, Pfleger zu Schöneck,

Kaspar Rasner, Pfleger zu Neubaus-Uttenheim, und Oswald von Wolkenstein, Pfleger zu Altrasen. Letzterer gehörte jedoch ebenfalls zu den Exkommunizierten; s.o. Nr. 6282 Z. 59.

⁶⁾ Anfang September 1460 wurde die Exkommunikationsbulle in Anras und Tilliach publiziert; s.o. Nr. 6281 Anm. 2. Beide Orte befanden sich im Einflussbereich des Grafen von Görz.